Fritzsche, Franz Volkmar
Epiphyllides Lucianeas

INDEX
LECTIONUM

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

SEMESTRI AESTIVO A. MDCCCLXXXI

AB DIE XIX M. APRILIS

PUBLICE PRIVATIMQUE HABENDARUM.

EPIPHYLLIDES LUCIANEAS

F. V. FRITZSCHIUS

PRAEMISIT.

TYPIS ACADEMICIS ADLERIANIS.

Lucianum Samosatensem non via et ratione primum coepi pertractare, sed in hunc scriptorem Lipsiae caeco casu adolescens incidi. Nam quum novae editionis volumen quartum forte in manus sumsissem sciremque editorem ejus illum esse ‚Lehmannum', quo puer ipse usus eram caro magistro: non solum dialogis quibusdam Luciani sed eo libro, qui est de conscribenda historia mire delectatus sum. Ita nihil prius habui, quam ut quatuor volumina ab Lehmanno meo tum edita moxque totius Luciani editionem Reitzianam mihi compararem et quam primum omnia fere hujus scriptoris opera perlegerem. Quo facto illud jam tum vidi, quod adparet etiam caeco, plurimos Luciani locos adhuc persanandos esse multosque facili opera restitui posse. Laeto autem juveni omnia prospere videntur succedere. Ipso igitur successu alacrior redditus simulatque codicum scripturis antea ignotis potitus eram, Lucianum integrum ab me recensitum edere constitui. Jam bibliopola urgente res eo pervenerat, ut primum Luciani mei volumen typographis imprimendi causa traderetur. Ecce vero, ad professionem in hac Academia suscipiendam subito Rostochium evocatus sum, quod munus tam honorifice oblatum repudiare nefas esse existimabam. Adde, quod futurum esse sperabam, ut majore otio Rostochii perfruerer citiusque Lucianum meum hic absolverem, cujus edendi incredibili cupiditate flagrabam. Ergo tamen Lipsia relicta me huc venturum esse pernegassem, si ea praescire potuissem, quae mihi mox ab amicis Rostochiensibus Lipsiam nuntiata sunt. Nam ex his literis non sine stupore intellexi, Rostochii me coactum iri consilium Luciani edendi perdiu differre adeoque pactionem cum bibliopola quo utebar amico initam non sine gravi rei familiaris damno prorsus rescindere. Quum enim conditiones mihi latas sponderem accepturum esse, hoc unum scire poteram, in nova sede ‚seminarium philologicum' ocius me praeside condendum esse, quo praesidio, sicut erat Lipsiae, ita etiam Rostochii nihil esse opinabar facilius. Illud postea demum amici nuntiarunt, Huschkium virum sane egregium, cui succedebam et senectutis vitio et valetudinis diu prohibitum esse scholas habere ideoque Rostochii literas humaniores denuo in vitam quasi revocandas esse. Addebant etiam, ut de libris scribendis interim securus essem cogitaremque in tam gravi munere ita ut jussus eram explendo omne tempus mihi consumendum esse praesertim soli: qui enim praeter me literas antiquas hic tradat, fore neminem. Lipsienses vero amici quidam aliique, qui meae editioni Luciani favebant, valde mirabantur, quod tam importuno tempore abiturus essem Lipsia, tamquam optimo quodam librorum edendorum emporio. Quibus de rebus ego ante omnia magistrum, qui socer meus futurus erat, putavi consulendum esse. Hermannus igitur tametsi Luciani editionem procrastinari ipse etiam dolebat, tamen me graviter adhortatus est, ut novo muneri plane studerem satisfacere. ‚Nam, inquit, non satis erit partem noctis ad studia adsumsisse, sed te totas noctes unius Luciani causa oportebit pervigilare, id quod nisi raro effectum reddi nequit. Quod quidem tu licet juvenis Rostochium vocatus et condicere ausus es, reprehendere nequeo. Veteranus enim philologus ne ingenti quidem pretio adduci poterit, ut se in Huschkii (at qualis viri) locum patiatur subrogari.' Ita maxime me tum ille vir consolatus est. At verendum erat, ne ego si novo officio impar fuissem, corvi instar, qui caseum canendi causa ex ore amisit, neque Lipsiae Lucianum

ederem, neque vero Rostochii literas bene docerem, sed utroque proposito juxta excidisse viderer. Quae res ut me ipsum mire sollicitum habuit, ita ne alios quidem curae sivit expertes esse, in his ipsum Carolum de Both, virum de Academia nostra egregie meritum. Scripserat autem paulo post Huschkii mortem Bothius ad Fridericum Jacobs e cujus viri disciplina ipse profectus erat eique plurimum uni tribuere solebat, et hoc addiderat, me a professoribus Rostochiensibus post veteranum quendam commendatum esse loco demum secundo. Tum F. Jacobsius alumno suo rescripsit ne me Rostochium vocare quamvis juvenem dubitaret. Multo post demum ego hanc rem forte comperi atque Jacobsio jam seni praesens Gothae ex animo egi gratias. Quod autem supra dixi, Luciani recensionem meam philologis tum curae cordique fuisse, id multorum loco unius viri ejusque praeclari critici exemplo adfirmare licebit. Quum Lipsiam relicturus essem, ad C. Reisigium Halas visum veni, quem ego nunquam habui praeceptorem, sed scholis ejus crebro hospes interfui. Hic tum Reisigius narrare, se in eo esse ut in Italiam proficiscatur, atque adeo mirari, quod ego post invitationem, priusquam ad novum munus condicerem, ipsius consilio uti noluissem. ‚Nam ego, inquit, Kiloniam perhonorifice vocatus sum, quumque itinere necessario me impediri ostendissem, a Kiloniensibus rogatus, ut ipse nominarem qui illuc meo loco venturus esset. Te ego, mi Fritzschi, nominassem, nisi Rostochium abires, eoque magis quod Kiloniae plus otii nactus esses, ut et officium recte explere posses et Lucianum tuum edere. Nunc si non licebit ‚Fritzschium', at licebit ‚Nitzschium'. Haec mihi tum Reisigius dixit et mox Kiloniensibus suo ipsius loco commendavit Nitzschium. Nam de F. Ritschlio, quem discipulum magister unice amabat, Reisigius tum quidem prorsus tacuit. Videtur autem, ut ego ipse, ut Th. Bergkius et alii plures, ita etiam F. Ritschlius de scholastico munere obeundo prius cogitasse quam de academico. Illuc revertor. Contigit enim mihi literas nostras Rostochii in vitam revocare, in qua re summo studio elaboravi. Ceterum res humanas saepe regit fortuna, uti tum quoque accidit. Juvenes ingenio florentissimi ut novo seminario sodales interessent, ad me confluebant quum aliis de causis tum maxime quod non nesciebant id ipsum etiam Principi nostro Clementissimo placere. Hi juvenes haud ita multo post optimos edebant libellos, qui libelli etiam nunc id est post annos amplius quinquaginta non sine merito honore solent adferri. Itaque quod ego seminarii praeses in literis ab initio effeci, id magna ex parte sodalibus seminarii mei ipsis acceptum refero. Nunquam igitur me illo tempore Rostochium transisse poenitebit. Ceterum ego olim Lipsiae praeter Luciani dialogos fabulas Aristophanis inprimis tractaveram, de quo poëta jam tum scholas aperui academicas. Patet enim cum professoris officio Lucianea studia minus arcto vinculo cohaerere. Quem satiricum in scholis vix unquam ac ne in seminariis quidem explicari videmus nisi perraro. Ego vero multos per annos ullum studiorum genus ab ipsius muneris officio plane revellere nolui. Ita factum est, ut Rostochii primum aliquot Aristophanis comoedias mihi putarem edendas esse. Attamen Lucianum inter muneris mei occupationes nunquam e conspectu amisi, quin huic scriptori tempora impenderem subseciva. Ac diligentius etiam per ferias Lucianum retractare consueveram, modo ut nova necdum intellecta addiscerem, modo ut ne dediscerem jam prius cognita. Quamobrem et difficiles locos expedire studui et corrigere mendosos et ab genuinis dialogis adulterinos segregare. Ne autem inutiles rixae temere exortae Lucianeis studiis nocerent, aliorum criticorum operam interea in Luciano positam summo plerumque favore excepi. Tum alumnos meos adjuvare non destiti et ut Samosatensem legerent relegerentque adhortatus sum, praeter alios Lipsiae Urbanum et Rostochii E. Burmeisterum optimae spei juvenem, quem praematura morte amisimus. Inprimis vero operam dedi, ut codicum optimorum copiae augerentur. Ergo Rostochii antiquorum librorum collationes fide dignas Vindobonae Parisiis Romae institutas acquisivi. Antea autem Lipsiae Gorlicensem librum et Guelferbytanum alterum ipse excusseram itemque

Florentini lectiones ab Furia patre et Augustanorum ab L. Spengelio optime descriptas examinaveram. Denique omnium codicum antiquissimum esse constat Vindobonensem illum, qui ‚123' numeratur et ‚B' litera significari solet. Cujus libri collationem partim jam Lipsiae et mox longe plura Rostochii accepimus. Integram vero ejus collationem maxime ab Schubarto tum etiam Jacobitio perfectam Carolus Jacobitz a. 1836 ipse edidit. Quae quum tantum non ubique cum collatione nostra consentiat, adparet laudabilem et in universum ejusmodi esse, cui satis tuto confidere liceat. Sed vehementer doleas, codicem talem tamque eximium minime integrum ac plenum aetatem tulisse, sed adeo mutilum et quasi truncum, vix ut tertiam Luciani partem nunc in eo superesse videamus. Alia tamen Luciani ratio est alia Aeschyli, in quo reliquorum codd. nomina qui partim inde descripti sunt, unius Medicei fulgor praestringit. Contra in Luciano Vindobonensis B haud paucis in locis aperte vitiosus est neque si praestat libris caeteris idcirco alii codd. omnes prae eo contemnendi sunt. Quanquam sic quoque ab hoc Vindobonensi proficisci plerumque tutissimum est. At unde tandem proficiscamur in plerisque Luciani dialogis, qui nunc in Vindobonensi omnino non leguntur? In his ipsis dialogis aqua criticis solet haerere, quorum tanto major est inopia consilii, quod hunc scriptorem medio aevo et lectitatum esse sciunt et vero etiam interpolatum. Huc accedit quod Lucianeorum codd. quos permultos habemus non unum sed duplex esse genus inter omnes constat. Alteri enim sunt meliores, deteriores alteri ita tamen, ut nonnunquam ipsi potius quam alteri certo nobis sequendi sint. Itaque ego novas antiquorum codd. collationes ideo potissimum consului, ut tandem aliquando liquere possit, quis codex unus pluresve iis in dialogis qui ab Vindobonensi absunt familiam ducere videatur. His de causis quum tanta difficultas sit Luciani in integrum restituendi tanta obscuritas, equidem nunc non amplius doleo neque ingemisco sed laetor potius atque triumpho, quod nostra editio quae in arte critica unice occupatur tam longum in tempus dilata est. Quid, quod ego postquam Lucianum tandem aliquando edere coepi, non confidenter primos dialogos pertractavi sed timide attigi tanta haesitatione, quanta cogitari potest maxima. Veruntamen nescio quo modo fieri solet, ut quae studia juveni olim in amoribus fuerint, ea subito, ubi quis paene jam consenescat mira cupiditate desiderioque animum incendant, non ut frustra diutius resistendum sed iterum prisco amori indulgendum sit. Adeo ego quoque repente dies noctesque unum fere animo volvere Lucianum, hunc domi lectitare, hunc foris coepi comitem adsumere neque prius conquievi, quam commentarii de eo scribendi factum esset initium. Quantus tum incipientis ardor fuerit, quamdiu in tanta interpellatione idem uno velut tenore permanserit, res ipsa documento est. Praevideram tamen fore ut mihi, id quod fert natura mea non liceret toto hoc labore quam primum defungi, sed ut cogerer diutissime in uno fere haerere Luciano. Juravi igitur nunquam me commissurum esse, ut Luciani causa ullam officii munerisque partem viderer neglexisse. Hanc unam veniam et quasi commeatum ab animo impetravi, ut liceret ad novas vires colligendas ab hoc labore aliquamdiu respirare. Ita omnium Luciani librorum recensendi consilium minime abjeci, sed finem hujus operis senectuti meae seposui, quae si nondum urget, at certe jam jamque adventat. Quodsi magna licet componere parvis, G. Hermannus olim ipse quoque justam editionem Aeschyli totius ad senectutem reservaverat. Ceterum de plerisque Luciani dialogis, quos quidem adhuc evulgarim et summi quidam critici velut Cobetus atque Madvigius complures postea conjecturas adtulerunt et juvenes adeo quid in re critica jam nunc possent non male experti sunt. Quae ego tum perlegi omnia tum meo judicio interposito pleraque collegi. Ipse vero multa habeo, quae addi editioni meae nunc velim, quae autem corrigi, habeo admodum pauca. Sed mea ipsius et aliorum additamenta mox quemadmodum spero omnia alio loco proferre licebit. Nunc enim spatii huic praefatiunculae concessi angustiae cogunt in dialogis nuperrime edi coeptis pergere.

ΝΕΚΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

XXII.

423 ## * ΧΑΡΩΝΟΣ ΚΑΙ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

1. ΧΑΡ. Ἀπόδος, ὦ κατάρατε, τὰ πορθμεῖα. ΜΕΝ. βόα, εἰ τοῦτό σοι, ὦ Χάρων,
ἥδιον. ΧΑΡ. ἀπόδος φημί, ἀνθ᾽ ὧν σε διεπορθμεύσαμεν. ΜΕΝ. οὐκ ἂν λάβοις παρὰ τοῦ μὴ
ἔχοντος. ΧΑΡ. ἔστι δέ τις ὀβολὸν μὴ ἔχων; ΜΕΝ. εἰ μὲν καὶ ἄλλος τις, οὐκ οἶδα· ἐγὼ
δ᾽ οὐκ ἔχω. ΧΑΡ. καὶ μὴν ἄγξω σε νὴ τὸν Πλούτωνα, ὦ μιαρέ, ἢν μὴ ἀποδῷς. ΜΕΝ. κἀγὼ
424 τῷ ξύλῳ σου πατάξας * διαλύσω τὸ κρανίον. ΧΑΡ. μάτην οὖν ἔσομαι πεπλευκὼς τοσοῦτον
πλοῦν; ΜΕΝ. ὁ Ἑρμῆς ὑπὲρ ἐμοῦ ἀποδότω, ὅς με παρέδωκέ σοι. 2. ΕΡΜ. νὴ Δί᾽ ὠνάμην
γε, εἰ μέλλω καὶ ὑπερεκτίνειν τῶν νεκρῶν. ΧΑΡ. οὐκ ἀποστήσομαί σου. ΜΕΝ. τούτου γε
ἕνεκα καὶ νεωλκήσας τὸ πορθμεῖον παράμενε· πλὴν ἀλλ᾽ ὅ γε μὴ ἔχω, πῶς ἂν λάβοις; ΧΑΡ.
σὺ δ᾽ οὐκ ᾔδεις ὡς κομίζειν δέον; ΜΕΝ. ᾔδειν μέν, οὐκ εἶχον δέ. τί οὖν; ἐχρῆν διὰ τοῦτο μὴ
ἀποθανεῖν; ΧΑΡ. μόνος οὖν αὐχήσεις προῖκα πεπλευκέναι; ΜΕΝ. οὐ προῖκα, ὦ βέλτιστε· καὶ
γὰρ ἤντλησα καὶ τῆς κώπης συνεπελαβόμην καὶ οὐκ ἔκλαον μόνος τῶν ἄλλων ἐπιβατῶν. ΧΑΡ.
425 οὐδὲν ταῦτα * πρὸς τὸν πορθμέα· τὸν ὀβολὸν ἀποδοῦναί σε δεῖ· οὐ θέμις ἄλλως γενέσθαι.
3. ΜΕΝ. οὐκοῦν ἄπαγέ με αὖθις ἐς τὸν βίον. ΧΑΡ. χαρίεν λέγεις, ἵνα καὶ πληγὰς ἐπὶ
τούτῳ παρὰ τοῦ Αἰακοῦ προσλάβω. ΜΕΝ. μὴ ἐνόχλει οὖν. ΧΑΡ. δεῖξον τί ἐν τῇ πήρᾳ ἔχεις.
ΜΕΝ. θέρμους, εἰ θέλεις, καὶ τῆς Ἑκάτης τὸ δεῖπνον. ΧΑΡ. πόθεν τοῦτον ἡμῖν, ὦ Ἑρμῆ,
τὸν κύνα ἤγαγες; οἷα δὲ καὶ ἐλάλει παρὰ τὸν πλοῦν τῶν ἐπιβατῶν ἁπάντων καταγελῶν καὶ ἐπι-

XXII.

Πορθμέως καὶ Μενίππου ΓFM, Χάρωνος (in fine et in indice: Χάρων). Μένιππος. καὶ Ἑρμῆς Λ, Χάρωνος. Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ F.

1. ἀπόδος] ἀπέδου pr. ἀπόδου sec Ψ. ὦ κατάρατε] ὦ κάκιστε Ψ, τὰ πορθμεῖα ὦ κατάρατε (hoc ordine) Ο. πορθμεῖα ΓΟD3a, πορθμεῖα (ι) Β, πορθμῖα (α) F (ita F), πορθμια 𝔄ΨΩΩ2, πορθμία Λ, (ita Λ) Φ et v. τοῦτό σοι (τοῦτοι Ψ), ὦ Χάρων, ἥδιον ΒΟ𝔄ΨΦΩΩ2ΔΛFM, τοῦτό σοι ἥδιον, ὦ Χάρων edd. vett. ΧΑΡ. personam om Φ. φημί, ἀνθ᾽ ὧν σε] οὐ γὰρ οὕτω σε Ψ. διεπορθμεύσαμεν ΒΨΦ, διεπορθμευσάμην Ο𝔄ΛFΩΩ2 et v. λάβοις] λάβοι Λ. παρὰ τοῦ μὴ ἔχοντος] παρ᾽ ἐμοῦ ὀβολὸν οὐδένα Ψ. ἐγὼ δ᾽ ΛΨΩΩ2, ἐγὼ δὲ ΒΟ𝔄Φ et v. καὶ μὴν ἄγξω] ἄγξω (om καὶ μὴν) F. κἀγὼ ἄγξω ΩΩ2 (?). κἀγὼ ΒΟΨ(ΩΩ2) et v, καὶ μὴν Γ𝔄ΦΛF. σου] σε ΔVU soli. πατάξας (ἐνπατάξας Δ) διαλύσω τὸ κρανίον ΒΟΔΨΦ et v, διαλύσω τὸ κρανίον πατάξας 𝔄, πατάξας τὸ κρανίον (κράνιον Λ) παραλύσω ΓΛF et qui παραλύσω (δια sec m) ΜΩΩ2. ἔσομαι πεπλευκὼς τοσ. πλ. Guyetus probante nullo, ἔσῃ πεπλευκὼς τοσ. πλ. ΛFΩΩ2 et v, εἴην τοσ. πλ. πεπλευκὼς 𝔄, πεπλευκ᾽ς τοσ. πλ. (om ἔσῃ) Ψ, πέπλευκας τοσ. πλ. (om ἔσῃ) ΒΟΦ. ὑπὲρ ἐμοῦ ΛF et pr m ΩΩ2, σοι ὑπὲρ ἐμοῦ 𝔄, ὑπὲρ ἐμοῦ σοι ΒΟΨΦ et sec ΩΩ2.

2. νὴ δί᾽ ὠνάμην γε ΒΟΔΨΦ, νὴ Δί᾽ ὠναίμην 𝔄. νὴ Δία ὀναίμην ΛFΩΩ2 et v. (ὠνάμην etiam Υ. ὠναίμην etiam D3. ἐοναίμην TU, ἐονάμην V.) εἰ μέλλω καὶ ΒΟΔΨΦ, εἰ μέλλω γε καὶ 𝔄ΛFΩΩ2 et v. ΜΕΝ. personam om 𝔄. ἕνεκα ΒΟ𝔄ΨΦ et v, sed ἕνεκα καὶ ΛFΩΩ2 recte. vide gemina in D. Deor. V, 4 init., ibid. XXIII, 2, Prometh. 16. νεωλκήσας] νεολκήσας ΒΟΨ. νεωλκήσας — πλὴν] νεολκήσω γὰρ τὸ πορθμεῖον καὶ παραμενεῖ πλοῖον. ΜΕΝ. πλὴν 𝔄. πλὴν — πῶς] πλὴν ἄλλο γε μὴ ἔχω. πῶς Γ, πλὴν ἄλλο γε μὴ ἔχων πῶς Μ. πῶς ἂν] οὐκ ἂν 𝔄. ὡς om Γ𝔄Φ. κομίζειν ΒΟΦ𝔄ΩΩ2 et v, κομίζεσθαι (Δ)ΛF. ὡς κ. δέον] διὰ τοῦτο μὴ ἀποθανεῖν Ψ. διὰ τοῦτο] διατοῦτο ΒΦFabc. ut solent. μόνος οὖν] μόνος, οὖν Λ, μόνος (om οὖν) Ο. προῖκα] ἄπροικα et statim οὐκ ἄπροικα Ψ. συνεπελαβόμην 𝔄ΔD2ΛFΩΩ2, ἐπελαβόμην ΒΟΨΦ et v. ἔκλαον ΒΟΔ𝔄ΦΨ, ἔκλαιον ΛF et pr m ΩΩ2 et v. μόνος τῶν ἄλλων ΒΟ𝔄ΨΦΛ et v. ἐγὼ μόνος τῶν ἄλλων F. τῶν ἄλλων ἐγὼ μόνος ΔΩΩ2. ἐπιβατῶν] ὀδυρομένων add ΔΛFD2ΩΩ2 et tres Parisini ap. Lossium. πρὸς τὸν πορθμέα Ψ cum Hemsterhusio, πρὸς πορθμέα ΒΟΔVTFD3Φ, πρὸς τὰ πορθμεῖα ΓΩ2. πρὸς τὰ πορθμία (πορθμια 𝔄. πόρθμια Ω) 𝔄ΛΩ et v. σε δεῖ] σοι δεῖ Φ. οὐ θέμις ΒΟ𝔄 et pr m Φ, οὐ γὰρ θέμις ΛFΨΩΩ2 et sec Φ et v.

3. ἄπαγέ με ΒΟΓΨΦΛF, ἀπάγαγέ με 𝔄ΩΩ2 et v. ἐς] εἰς 𝔄Μ. χάριεν ΒΛΦF, χάριν Ψ. χαρίεν (ω) v. χαρίεν γε ΓΜΩΩ2. ἐπὶ τούτῳ] ἐπὶ τοῦτο (sic) Ψ, ἐν τούτῳ 𝔄. παρὰ τοῦ Αἰακοῦ om Γ𝔄ΩΩ2, pro eis παρὰ τῷ Αἰακῷ Μ. προσλάβω] παραλάβω D2. οὖν] με add Φ, τὸν μηδ᾽ ὁτιοῦν κεκτημένον μάτην addit D2. θέρμους, εἰ θέλεις] adfert Thomas p. 183, 9. τὸ δεῖπνον] τὸν δεῖπνον Ψ. τοῦτον—

σκώπτων καὶ μόνος ᾄδων οἰμωζόντων ἐκείνων. ΕΡΜ. ἀγνοεῖς, ὦ Χάρων, ὅντινα ἄνδρα διεπόρθμευσας, ἐλεύθερον ἀκριβῶς, κοὐδενὸς αὐτῷ μέλει. οὗτός ἐστιν ὁ Μένιππος. ΧΑΡ. καὶ μὴν ἄν σε λάβω ποτέ. ΜΕΝ. ἂν λάβῃς, ὦ βέλτιστε· δὶς δὲ οὐκ ἂν λάβοις.

* XXIII. 426

ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΥ ΚΑΙ ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ.

1\. ΠΡΩΤ. Ὦ δέσποτα καὶ βασιλεῦ καὶ ἡμέτερε Ζεῦ, καὶ σὺ Δήμητρος θύγατερ, μὴ ὑπερίδητε δέησιν ἐρωτικήν. ΠΛΟΥΤ. σὺ δὲ τίνων δέῃ παρ᾽ ἡμῶν; ἢ τίς ὢν τυγχάνεις; ΠΡΩΤ. εἰμὶ μὲν Πρωτεσίλεως ὁ Ἰφίκλου Φυλάκιος, συστρατιώτης τῶν Ἀχαιῶν, καὶ πρῶτος ἀπέθανον τῶν ἐπ᾽ Ἰλίῳ. δέομαι δὲ ἀφεθεὶς πρὸς ὀλίγον ἀναβιῶναι πάλιν. ΠΛΟΥΤ. τοῦτον μὲν τὸν ἔρωτα, ὦ Πρωτεσίλαε, πάντες νεκροὶ ἐρῶσι, πλὴν οὐδεὶς ἂν αὐτῶν τύχοι. ΠΡΩΤ. ἀλλ᾽ οὐ τοῦ ζῆν, Ἀϊδωνεῦ, ἐρῶ ἔγωγε, * τῆς γυναικὸς δέ, ἣν νεόγαμον ἔτι ἐν τῷ θαλάμῳ καταλιπὼν ᾠχόμην ἀποπλέων· 427 εἶτα ὁ κακοδαίμων ἐν τῇ ἀποβάσει ἀπέθανον ὑπὸ τοῦ Ἕκτορος. ὁ οὖν ἔρως τῆς γυναικὸς οὐ μετρίως ἀποκναίει με, ὦ δέσποτα, καὶ βούλομαι κἂν πρὸς ὀλίγον ὀφθεὶς αὐτῇ καταβῆναι πάλιν. 2. ΠΛΟΥΤ. οὐκ ἔπιες, ὦ Πρωτεσίλαε, τὸ Λήθης ὕδωρ; ΠΡΩΤ. καὶ μάλα, ὦ δέσποτα· τὸ δὲ πρᾶγμα ὑπέρογκον ἦν. ΠΛΟΥΤ. οὐκοῦν περίμεινον· ἀφίξεται γὰρ κἀκείνη ποτὲ καὶ οὐδέν σε ἀνελθεῖν δεήσει. ΠΡΩΤ. ἀλλ᾽ οὐ φέρω τὴν διατριβήν, ὦ Πλούτων· ἠράσθης δὲ καὶ αὐτὸς ἤδη καὶ οἶσθα οἷον τὸ ἐρᾶν ἐστιν. ΠΛΟΥΤ. εἶτα τί σε ὀνήσει μίαν ἡμέραν ἀναβιῶναι μετ᾽ ὀλίγον τὰ αὐτὰ ὀδυρούμενον; ΠΡΩΤ. οἶμαι πείσειν κἀκείνην ἀκολουθεῖν * παρ᾽ ὑμᾶς, ὥστε ἀνθ᾽ ἑνὸς 428 δύο νεκροὺς λήψῃ μετ᾽ ὀλίγον. ΠΛΟΥΤ. οὐ θέμις γενέσθαι ταῦτα οὐδὲ ἐγένετο πώποτε. 3. ΠΡΩΤ. ἀναμνήσω σε, ὦ Πλούτων· Ὀρφεῖ γὰρ δι᾽ αὐτὴν ταύτην τὴν αἰτίαν τὴν Εὐρυδίκην παρέδοτε, καὶ τὴν ὁμογενῆ μου Ἄλκηστιν παρεπέμψατε Ἡρακλεῖ χαριζόμενοι. ΠΛΟΥΤ. θελήσεις δὲ οὕτω κρανίον γυμνὸν ὢν καὶ ἄμορφον τῇ καλῇ σου [ἐκείνῃ] νύμφῃ φανῆναι; πῶς δὲ κἀκείνη

ἤγαγες] ἡμῖν ὦ Ἑρμῆ τὸν κύνα τοῦτον ἤγαγες 𝔄. καὶ ἐλάλει] ἐλάλει καὶ 𝔄. post ἐλάλει habet καταγελῶν et om post ἁπάντων F. τῶν] τῶν δ᾽ O. τῶν ἐπιβ. ἁπ.] πάντων τῶν ἐπιβατῶν 𝔄. ἐπισκώπτων] ἐπισκόπτων Ψ. καὶ μόνος — ἐκείνων] haec om 𝔄. ὅντινα ΓΨΑFMΩΩ2, οἷον 𝔄, ὁποῖον BOΦ et v. ἄνδρα om 𝔄Ω2. κοὐδενὸς] οὐδενὸς ΑFΩΩ2. κοὐδενὸς αὐτῷ μέλει] haec om BO𝔄ΨΦ. λάβω ποτέ. ΜΕΝ.] λάβω. (nova persona:) πότε Α, λάβω. ΜΕΝ. πότε (πότε; a) ΩΩ2Fa. idem F marg pr. m: γρ. καὶ μὴν ἄν σε λάβω ὦ βέλτιστε. λάβῃς] λάβοις Ψ et (?) C. οὐκ ἂν] ἂν om c. λάβοις] λάβῃς 𝔄.

XXIII.

Πρωτεσίλεως, Πλούτων Α (ter), Πρωτεσιλάου καὶ Πλούτωνος καὶ Περσεφόνης Δ. Πλούτωνος καὶ Πρωτεσιλάου F et v.

1\. hunc dialogum spectasse videtur Tzetzes Chil. II. 783. ΠΡΩΤ.] Πλούτων a. Δήμητρος] Δημητρα (sic) 𝔄. θύγατερ] θυγάτηρ Α. τίνων BO𝔄ΦΑF, τινος edd. vett. Πρωτεσίλεως Α, Πρωτεσίλαος caeteri et v. Φυλάκιος] Φυνάκιος D, Φυλακήσιος Y, quae fuit conjectura. Ἀχαιῶν] Ἀτρειδῶν 𝔄. ἀπέθανον 𝔄, ἀποθανὼν caeteri et v, syntaxi non toleranda. ἐπ᾽] ἐν 𝔄. ὦ προτεσίλαε Α. οὐδεὶς ἂν] ἂν om 𝔄. αὐτῶν τύχοι BO𝔄ΦΑFCDΔ(Y), αὐτῶν τύχῃ edd. vett. probo tamen Hemsterhusi conjecturam a Bekkero receptam: αὐτοῦ τύχοι. notas et compendia pro ου et ων (οῦ et ῶν) longe simillima esse constat. cum plurali Lehmannus comparabat D. D. II, 2 fin., qui addere poterat Asinum c. 5. τοῦ ζῆν] τὸ ζῆν F. ἀϊδονεῦ a, ὦ Ἀϊδωνεῦ 𝔄. ἔτι] οὖσαν ἔτι 𝔄. ὁ οὖν] ὁ δ᾽ οὖν 𝔄.

2\. ὕδωρ] πῶμα M. ὑπέρογκον] ὑπερποτον 𝔄. Hemsterhusius quum de significatione v. ὑπέρογκος optime judicavit, tum Heliodori locis ostendit seriores hac voce mire abuti. vere atticum tali in re fuisset: τὸ πρᾶγμα ὑπερφυὲς ἦν. περίμεινον] παράμεινον D. ἀφ. γὰρ] γὰρ om Φ. κἀκείνη BO𝔄DAF, κἀκείνων Φ, ἐκείνη edd. vett. οὐδέν σε v, οὐδὲν σὲ 𝔄, οὐδὲ σὲ BOΦFA (ita A). δεήσει] δεήσῃ BF. οἷον] οἷόν τι 𝔄. ὀδυρούμενον Φ et v, ὀδυρόμενον BO (ita O) 𝔄ΔAF. ἀκολουθεῖν] ἀκολουθεῖν μοι 𝔄. λήψῃ] λήψει D solus. μετολιγον Φ ut solet. ἐγένετο v, γέγονε Α solus, γίνεται B𝔄Φ, γίγνεται OF. πώποτε] ποτε 𝔄.

3\. Ὀρφεῖ — Εὐρυδ.] Ὀρφεῖ τε γὰρ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν Εὐρυδ. 𝔄, non male, si articulus τὴν Εὐρυδ. servatur. ὁμογενῆ μου] ὁμογενῆ (om μου) F, ὁμοεθνῆ μοι 𝔄, ut possis: ὁμογενῆ μοι. Ἄλκηστιν] ἄλκυστιν F. παρεπέμψατε] ἀνεπέμψατε 𝔄. θελήσεις] θέλεις ΔΜ, δεξῃ 𝔄. οὕτω] οὕτως BO. δὲ — ἄμορφον] δὲ τοιοῦτος ὢν κρανίον γυμνὸν καὶ ἄμορφον 𝔄. ὢν] ὂν MF. ἐκείνῃ om 𝔄 et deleri potest ut natum ex inferiore κἀκείνη. φανῆναι] παρεῖναι 𝔄. φανῆναι; inter et πῶς δὲ nova persona in A.

προσήσεταί σε οὐδὲ διαγνῶναι δυναμένη; φοβήσεται γὰρ εὖ οἶδα καὶ φεύξεταί σε καὶ μάτην ἔσῃ τοσαύτην ὁδὸν ἀνεληλυθώς. ΦΕΡΣ. οὐκοῦν, ὦ ἄνερ, σὺ καὶ τοῦτ᾽ ἴασαι καὶ τὸν Ἑρμῆν κέλευσον, ἐπειδὰν ἐν τῷ φωτὶ ἤδη ὁ Πρωτεσίλαος ᾖ, καθικόμενον τῇ ῥάβδῳ νεανίαν αὖθις καλὸν ἀπεργά-
429 σασθαι αὐτόν, οἷος ἦν ἐκ * τοῦ παστοῦ. ΠΛΟΥΤ. ἐπεὶ Φερσεφόνῃ συνδοκεῖ, ἀναγαγὼν τοῦτον αὖθις ποίησον νυμφίον· σὺ δὲ μέμνησο μίαν λαβὼν ἡμέραν.

XXIV.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΜΑΥΣΩΛΟΥ.

1. ΔΙΟΓ. Ὦ Κάρ, ἐπὶ τίνι μέγα φρονεῖς καὶ πάντων ἡμῶν προτιμᾶσθαι ἀξιοῖς; ΜΑΥΣ. καὶ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ μέν, ὦ Σινωπεῦ, ὃς ἐβασίλευσα Καρίας μὲν ἁπάσης, ἦρξα δὲ καὶ Λυδῶν ἐνίων, καὶ νήσους δέ τινας ὑπηγαγόμην, καὶ ἄχρι Μιλήτου προέβην τὰ πολλὰ τῆς Ἰωνίας κατα-
430 στρεφόμενος· καὶ καλὸς ἦν καὶ * μέγας καὶ ἐν πολέμοις καρτερός· τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι ἐν Ἁλικαρνασσῷ μνῆμα παμμέγεθες ἔχω ἐπικείμενον, ἡλίκον οὐκ ἄλλος νεκρός, ἀλλ᾽ οὐδὲ οὕτως ἐς κάλλος ἐξησκημένον, ἵππων καὶ ἀνδρῶν ἐς τὸ ἀκριβέστατον εἰκασμένων λίθου τοῦ καλλίστου, οἷον οὐδὲ νεὼν εὕροι τις ἂν ῥᾳδίως, οὐ δοκῶ σοι δικαίως ἐπὶ τούτοις μέγα φρονεῖν; 2. ΔΙΟΓ. ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ φῂς καὶ τῷ κάλλει καὶ τῷ βάρει τοῦ τάφου; ΜΑΥΣ. νὴ Δί᾽ ἐπὶ τούτοις. ΔΙΟΓ. ἀλλ᾽, ὦ καλὲ Μαύσωλε, οὔτε ἡ ἰσχὺς ἐκείνη ἔτι σοι οὔτε ἡ μορφὴ πάρεστιν. εἰ γοῦν τινα ἑλοίμεθα δικαστὴν εὐμορφίας πέρι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, τίνος ἕνεκα τὸ σὸν κρανίον προτιμηθείη ἂν τοῦ ἐμοῦ· φαλακρὰ γὰρ ἄμφω καὶ γυμνὰ καὶ τοὺς ὀδόντας ὁμοίως προφαίνομεν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφῃρήμεθα καὶ τὰς ῥῖνας ἀποσεσιμώμεθα. ὁ δὲ τάφος καὶ οἱ πολυτελεῖς ἐκεῖνοι λίθοι Ἁλικαρνασσεῦσι μὲν ἴσως . . . . . εἶεν ἐπιδείκνυσθαι καὶ φιλοτιμεῖσθαι πρὸς τοὺς ξένους, ὡς δή τι μέγα οἰκοδόμημα αὐτοῖς ἐστι· σὺ δέ, ὦ βέλτιστε, οὐχ ὁρῶ ὅ τι ἀπολαύεις αὐτοῦ, πλὴν εἰ μὴ τοῦτο

κἀκείνῃ] καὶ ἐκείνῃ 𝔄. προσήσεταί BO𝔄ΦAFDTVU, προσόψεταί edd. vett. οὐδὲ διαγνῶναι δυναμένη BOΦ et v, οὐ διαγνῶναι δυναμένη 𝔄, οὐδὲ δυναμένη διαγνῶναι AF, male. φοβήσεται] φοβηθήσεται 𝔄. φεύξεται] φρίξεται 𝔄. τοσαύτην] ταύτην 𝔄. τοῦτ᾽] τοῦτο BO𝔄ΦAF. τὸν Ἑρμῆν κέλευσον ἀπεργάσασθαι— παστοῦ adfert mediis verbis omissis Thomas p. 66, 9. ἤδη ὁ] haec om 𝔄. καθικόμενον τῇ 𝔄M, καθικόμενον ἐν τῇ BOΦAF et v. nempe ἐν ortum est e superioribus: ἐν τῷ φωτί. libri νεανίαν εὐθύς. corrigendum esse νεανίαν αὖθις cum Voigtlaendero in Qu. L. p. 151 observavi idque probavi aliis, ut Bekkero (in adnot.) et qui recepit Dübnero. παστοῦ] παστοῦ ἀποπλέων 𝔄. (scil. ex § 1: ἐν τῷ θαλάμῳ —ἀποπλέων). ἐπεὶ] pro hac una voce 𝔄: οὕτω ποίει ὦ Ἑρμῆ ἐπεὶ καὶ τῇ —. Φερσεφόνῃ 𝔄O (ita O), φερσεφόναι (αι in lit.) B, Περσεφόνῃ ΦAF et v. hinc paullo supra (ante οὐκοῦν) personae nomen pro ΠΕΡΣ. item scripsi ΦΕΡΣ. sicut ibi dat schol. B: οὐκοῦν: τῆς κόρης ἤτοι τῆς Φερσεφόνης ὁ λόγος —. sed pro verbis ἐπεὶ Φερσεφόνῃ praestat ex 𝔄 rescribere: ἐπεὶ καὶ τῇ Φερσεφόνῃ — eadem syntaxi quae est in D. Deor. XX, 2 med. et Iov. Trag. 5 med. at sic quoque vitium latet. deest enim, ex quo liqueat Mercurium praesentem huic sermoni interesse. itaque toto libri 𝔄 supplemento ut vere Lucianeo utendum esse arbitror et scribendum: ΠΛΟΥΤ. οὕτω ποίει, ὦ Ἑρμῆ· ἐπεὶ καὶ τῇ Φερσεφόνῃ συνδ.

XXIV.

1. καὶ ἐπὶ τῇ] καὶ om 𝔄. καὶ Λυδῶν] καὶ om 𝔄. προέβην] ita correxi. libri: ἐπέβην, quod jam Hemsterhusio visum est mendo laborare. καταστρεφόμενος] καταστρεψάμενος 𝔄. καὶ καλὸς ἦν BOΦ et v, καὶ καλός γε ἦν 𝔄. ego malim cum Hemsterhusio: καὶ ὅτι καλὸς ἦν. τὸ δὲ μέγιστον] καὶ τὸ μέγιστον 𝔄. ἀλικαρνασῷ et § 2: ἀλικαρνασεῦσι a, sed § 3: ἀλικαρνασσῷ. παμμέγεθες] παμμεγεθες (sic) 𝔄. ἐς κάλλος] haec om 𝔄. τοῦ καλλίστου, οἷον] τοῦ καλλίστου οἷον (sic) Φ. εὕροι BO (V), ἴδοι 𝔄, εὕρῃ Φ et v. δικαίως ἐπὶ τούτοις] ἐπὶ τούτοις δικαίως 𝔄, non male.

2. νὴ Δί᾽] νὴ Δία 𝔄. ἐκείνη ἔτι σοι BO, σοι ἔτι ἐκείνη 𝔄, ἔτι σοι ἐκείνη Φ et v. εἰ] ἢν 𝔄. οὐκ ἔχω εἰπεῖν BO𝔄Φ et v, οὐκ ἂν ἔχω εἰπεῖν M. ἕνεκα] ἕνεκεν 𝔄. προτιμηθείη] προτιμήσειεν 𝔄. ῥῖνας 𝔄, ῥίνας v. ἀποσεσιμώμεθα O. ἴσως εἶεν BOΦ et v, ἴσως (om εἶεν) 𝔄, ἴσως εἶεν καὶ (V). sententia, ut ex opposito patet, haec fuit: ‚lapides illi Halicarnassensibus forsitan in pretio sint, ut eos ostentent.‘ quare nec vulgata, in qua Hemsterhusius acquiescebat, ferri potest, nec vero satis est ἂν addidisse cum Bekkero (qui ἴσως εἶεν ἄν) et (qui locabat ἴσως ἂν εἶεν) Dindorfio. immo praeter istuc ἂν etiam adjectivum excidit. neque tamen hodie probo supplementum meum: ἴσως [ἐπιτήδειοι ἂν] εἶεν, quocum contuleram Navig. c. 37 et Arist. Eccles. v. 79. sed nunc ita potius suppleo: ἴσως [ἄξιοι ἂν] εἶεν —, sic

φῆς, ὅτι μᾶλλον ἡμῶν ἀχθοφορεῖς ὑπὸ τηλικούτοις λίθοις πιεζόμενος. 3. ΜΑΥΣ. ἀνόνητα οὖν μοι ἐκεῖνα πάντα καὶ ἰσότιμος ἔσται Μαύσωλος καὶ Διογένης; ΔΙΟΓ. οὐκ ἰσότιμος, ὦ γενναιότατε, οὐ γάρ. Μαύσωλος μὲν γὰρ οἰμώξεται μεμνημένος τῶν ὑπὲρ γῆς, ἐν οἷς εὐδαιμονεῖν ᾤετο, Διογένης δὲ καταγελάσεται αὐτοῦ. καὶ τάφον ὁ μὲν ἐν Ἁλικαρνασσῷ ἐρεῖ αὑτῷ ὑπὸ Ἀρτεμισίας τῆς γυναικὸς καὶ ἀδελφῆς κατεσκευασμένον· ὁ Διογένης δέ, τοῦ μὲν σώματος εἰ καί τινα τάφον ἔχει, οὐκ οἶδεν· οὐδὲ γὰρ ἔμελεν αὐτῷ τούτου· λόγον δὲ τοῖς ἀρίστοις περὶ αὐτοῦ καταλέλοιπεν ἀνδρὸς βίον βεβιωκώς, ὑψηλότερον, ὦ Καρῶν ἀνδραποδωδέστατε, τοῦ σοῦ μνήματος καὶ ἐν βεβαιοτέρῳ χωρίῳ κατεσκευασμένον.

XXV.

ΝΙΡΕΩΣ ΘΕΡΣΙΤΟΥ ΚΑΙ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

1. ΝΙΡ. Ἰδοὺ δή, Μένιππος οὑτοσὶ δικάσει, πότερος εὐμορφότερός ἐστιν. εἰπέ, ὦ Μένιππε, * οὐ καλλίων σοι δοκῶ; ΜΕΝ. τίνες δὲ καί ἐστε; πρότερον, οἶμαι, χρὴ γὰρ τοῦτο 432
εἰδέναι. ΝΙΡ. Νιρεὺς καὶ Θερσίτης. ΜΕΝ. πότερος οὖν ὁ Νιρεὺς καὶ πότερος ὁ Θερσίτης; οὐδέπω γὰρ τοῦτο δῆλον. ΘΕΡΣ. ἓν μὲν ἤδη τοῦτ' ἔχω, ὅτι ὅμοιός εἰμί σοι καὶ οὐδὲν τηλικοῦτον διαφέρεις, ἡλίκον σε Ὅμηρος ἐκεῖνος ὁ τυφλὸς ἐπῄνεσεν ἁπάντων εὐμορφότατον προσειπών· ἀλλ' ὁ φοξὸς ἐγὼ καὶ ψεδνὸς οὐδὲν χείρων ἐφάνην τῷ δικαστῇ. ὅρα δὲ σύ, ὦ Μένιππε, ὅν τινα καὶ εὐμορφότερον ἡγῇ. ΝΙΡ. ἐμέ γε τὸν Ἀγλαΐας καὶ Χαρόπου, ὃ ς κ ά λ λ ι σ τ ο ς ἀ ν ὴ ρ ὑ π ὸ Ἴ λ ι ο ν ἦ λ θ ο ν. 2. ΜΕΝ. ἀλλ' οὐχὶ καὶ ὑπὸ γῆν, ὡς οἶμαι, κάλλιστος ἦλθες· ἀλλὰ τὰ μὲν ὀστᾶ ὅμοια, τὸ δὲ κρανίον ταύτῃ μόνον ἂν διακρίνοιτ' ἀπὸ τοῦ Θερσίτου κρανίου, ὅτι εὔθρυπτον

---

demum sententia prorsus est idonea, atque etiam structura est attica: vide Arist. Achar. 201 et locum gemellum Luc. Anachars. c. 9 med. ὡς δή] πρὸς δή 𝔄. ἀπολαύεις] ἀπολαύσεις 𝔄.

3. ἀνόνητα οὖν μοι] ἀνόνητ' οὖν ἐμοὶ 𝔄. ἐκεῖνα πάντα] πάντα om 𝔄. Μαύσωλος καὶ Διογένης] haec frustra mutabat Cobetus in V. L. p. 115. οὐκ ἰσότ. — οἰμώξ.] οὐκ ἰσότιμος μὲν ὦ βέλτιστε ἀλλὰ Μαύσωλος μὲν οἰμώξ. 𝔄. τῶν—εὐδαιμ.] ὧν ὑπὲρ τῆς εὐδαιμ. 𝔄. καὶ τάφον ὁ μὲν ἐν ΒΟΦ et v, καὶ τάφον μὲν τὸν ἐν 𝔄. ego malim: καὶ ὁ μὲν τάφον ἐν —. ἐρεῖ ἑαυτοῦ ΒΟΦ et v. ἐρεῖ αὑτῷ 𝔄, unde reposui: ἐρεῖ αὑτῷ. neque enim intelligo, qua de causa ἐρεῖ in ἔχει mutarit Cobetus V. L. p. 234. κατεσκευασμένον ΒΟ𝔄Φ, κατασκευασμένον abc. ὁ Διογένης] Διογένης 𝔄. εἰ καί — οἶδεν] οὐκ οἶδα εἴ τινα καὶ τάφον ἔχει 𝔄. οὐδὲ γάρ] οὐδὲν γὰρ Lehmannus olim et postea Cobetus V. L. p. 234 et Dindorfius. at sapienter Lehmannus in ed. sec. p. 76: ‚conjecturam οὐδὲν — nunc facile retracto.' ἔμελεν] ἔμελλεν a. περὶ αὐτοῦ 𝔄 (V), περὶ αὐτοῦ Φ et v. περὶ τούτου ΒΟ. ἀνδραποδωδέστατε] ἀνδραπωδέστατε B.

XXV.

Θερσίτου] καὶ Θερσίτου Ba, Νιρεύς. Θερσίτης. Μένιππος A.

1. οὑτοσί] οὗτος 𝔄. εὐμορφότερος ΒΟ𝔄ΔΑΦ, εὐμορφώτερος F et edd. vett. ἐστιν. εἰπέ] ἐστιν. ΘΕΡΣ. εἰπὲ 𝔄. ἐστε] ἔστων 𝔄. πρότερον, οἶμαι, χρὴ γάρ] πρότερον γὰρ οἶμαι χρὴ 𝔄, solus cum Solano, non male, sed vulgatam in Qu. L. p. 100 defendi. τοῦτο] τοῦτ' 𝔄. ΝΙΡ. nulla persona in A (ita A). οὖν ὁ Νιρεὺς ΒΟΔΑΦF, οὖν Νιρεὺς 𝔄, ὁ Νιρεὺς et infra οὖν ὁ Θερσίτης edd. vett. τοῦτ' ἔχω] τοῦτο ἔχω Β𝔄ΑΦF. Ὅμηρος ἐκεῖνος ὁ τυφλός] ὁ τυφλὸς ἐκεῖνος (om Ὅμηρος) 𝔄. ἁπάντων εὐμορφότερον (εὐμορφώτερον MO) ΒΑΦFM, sed εὐμορφότατον ἁπάντων O (ita O), εὐμορφότατον (om ἁπάντων) A, ἁπάντων εὐμορφώτατον edd. vett. superlativum revocavi. vide Il. β', 673. ψεδνός] ὁ ψεδνὸς 𝔄. ὅρα δὲ σύ, ὦ Μένιππε ΒΟΦ, ὅρα σὺ δέ, ὦ Μένιππε VTU, sed ὥρα δέ σοι, ὦ Μένιππε edd. vett., ὥρα δὲ καὶ σοί, ὦ Μένιππε A et qui ὥρα (o supra item pr m) F, denique ὥρα δέ σοι ὦ Μένιππε εἰπεῖν 𝔄. quae non sunt nisi duae lectiones, genuina in ΒΟΦ et interpolata in 𝔄, caetera ad alterutrum genus alludunt. compara D. Deor. 6. 2, Hermotim. 65, Gallum § 1. εὐμορφότερον ΒΟΔ𝔄ΦΑF, εὐμορφώτερον edd. vett. ἐμέ γε] ἐμέ δήπου 𝔄. τὸν Ἀγλ.] τὸν τῆς Ἀγλ. 𝔄. Χαρόπου Duker ad Thucyd. II. 80, Χαρώπου 𝔄, Χάροπος caeteri et v, quod Hemsterhusius servabat. at Lucianus continuo adfert Il. β', 673 et mox § 2 ἀλαπαδνόν e v. 675 mutuatur, hoc est totum illum Homeri locum diligenter contulit, in quo Χαρόποιο (sive Χαρόπου) exstat, non magis credibile est, Hyginum quum in Fab. 97 (p. 92 Schm.) recte scripsisset: ‚Nireus Charopi — filius' eundem in Fab. 270 (p. 145) scribere potuisse: ‚Nireus Charopis filius' ubi ‚Charopi' primus Scheffer restituit.

2. οὐχί] οὐ 𝔄. κάλλιστος] εὐμορφότερος 𝔄. τὸ δὲ κρανίον] τὸ κρανίον δὲ 𝔄. ἄρα διακρίνοιτο ΒΟΦΑF et v, διακρίνοιτο (om ἄρα) 𝔄. itaque correxi: ἂν διακρίνοιτο. Bekker conjecit: ἄρα

τὸ σόν· ἀλαπαδνὸν γὰρ αὐτὸ καὶ οὐκ ἀνδρῶδες ἔχεις. ΝΙΡ. καὶ μὴν ἐροῦ Ὅμηρον, ὁποῖος ἦν, ὁπότε συνεστράτευον τοῖς Ἀχαιοῖς. ΜΕΝ. ὀνείρατά μοι λέγεις· ἐγὼ δὲ . . . . . ἃ βλέπω καὶ ἃ νῦν ἔχεις, ἐκεῖνα δὲ οἱ τότε ἴσασιν. ΝΙΡ. οὔκουν ἐγὼ ἐνταῦθα εὐμορφότερός εἰμι, ὦ Μένιππε; ΜΕΝ. οὔτε σὺ οὔτε ἄλλος εὔμορφος· ἰσοτιμία γὰρ ἐν ᾅδου, καὶ ὅμοιοι ἅπαντες. ΘΕΡΣ. ἐμοὶ μὲν καὶ τοῦτο ἱκανόν.

———

διακρίνοιτ' ἄν. at ἄρα h. l. nihil significat. τοῦ Θερσίτου] τοῦ τοῦ Θερσίτου 𝔄. ἀλαπαδνὸν] ἀλαπαδνῶδες 𝔄. ἐροῦ A𝔄, ἔρου ΦF et v. καὶ μὴν ἐροῦ Ὅ.] Arist. Aves v. 66: καὶ μὴν ἐροῦ τὰ πρὸς ποδῶν. ὁπότε] ὅτε 𝔄. Ἀχαιοῖς] Ἕλλησιν 𝔄. ἐγὼ δὲ ἃ καὶ νῦν βλέπω, ἔχεις A, ἐγὼ δὲ βλέπω, ἃ καὶ νῦν ἔχεις F cum Schmiedero, sed ἐγὼ δὲ ἃ βλέπω, καὶ νῦν ἔχεις BΟΦ et edd. vett., ἐγὼ ἃ βλέπω καὶ ἃ νῦν ἔχεις 𝔄. quum Schmiederi conjecturam liber Guelferbytanus exhibuerit, multi eam, in his ego quoque in Epist. Cr. p. XXIII temere probavimus. at ista hoc habet viti, quod Lehmannum et in V. L. p. 235 Cobetum non latuit. dico vitiosum καί. nihilo melius est, quod placet Cobeto: ἐγὼ δὲ βλέπω ἃ νῦν ἔχεις. nam vocem καί libri omnes tuentur. immo (praesertim libris BΟΦ et ex altera parte libro 𝔄 in universum consentientibus) proficisci oportet ab lectione antiqua: ἐγὼ δὲ ἃ βλέπω καὶ (ἃ) νῦν ἔχεις. ita hoc unum relinquitur, quod Hemsterhusius juvenis divinarat, postea autem rejecit, ut una vel altera vox hinc perierit. equidem non post ἔχεις sed post ἐγὼ δὲ (ubi 𝔄 δέ omittit) signa posui lacunae. suppleo autem sive μόνα σκοπῶ sive quid simile hoc modo: ἐγὼ δὲ [μόνα σκοπῶ] ἃ βλέπω καὶ ἃ νῦν ἔχεις. vide inprimis Prometh. II § 14 fin. οὔκουν 𝔄AFVbc, οὐκοῦν v. εὐμορφότερος B𝔄ΦAF, εὐμορφώτερος v. ἐγὼ ἐνταῦθα εὐμορφότερός εἰμι] ἐγὼ μὲν ἐνταῦθα εὐμορφότερος (om εἰμι) 𝔄. ὦ Μένιππε] ὦ Μένιππε τούτου 𝔄. et τούτου etiam in cod. Parisino Belinus reperisse videtur. οὔτε ἄλλος εὔμ.] οὔτ' ἄλλος τι εὔμ. 𝔄. ἐν ᾅδου] ἐν τῷ ᾅδῃ AF. ὅμοιοι] ὅμοια A. ἅπαντες] πάντες 𝔄. ἐμοὶ μὲν] ἐμοὶ μὲν οὖν D solus. κ. τ. ἱκ.] confer Adv. Indoct. 28 et Navig. 46. in fine dialogi addit A: Νεκρικοὶ Διάλογοι. Δέκα ἕξ —.

B. E. Perry
1924

INDEX
LECTIONUM

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

SEMESTRI HIBERNO A. MDCCCLXXXI—LXXXII

AB DIE XV M. OCTOBRIS

PUBLICE PRIVATIMQUE HABENDARUM.

ADDITAMENTA LUCIANEA

F. V. FRITZSCHIUS

PRAEMISIT.

TYPIS ACADEMICIS ADLERIANIS.

